

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

ces, numerati sexaginta quatuor; propriaissima crocitatus, quem nullo pathemate aut aëris tempestate immutatus occinit, Carnem appetit tum crudam, tum morticinam; si ab hac abstineret, malum indicium esse Thucydides in Atheniensi exploravit pestilentia. *Iulus Caesar Moderatus Ariminensis* experientia didicit, cum oslla &c pediculos per os revomere. *Hyginus* negat quamdiu fucus coquuntur bibere posse, quia guttur tunc habeat pertusum. Exclusos pullos expellit, ob albicanterem colorem; quamvis septimo à natali die nigrum recipere scribunt. *Cassiodorus* eos tumore cælesti pasci credit, ex *Psalmo*. Cicur nummos de mensa Erfurti tollebat, & servabat. Coquum Conradum in fame tam articulate invocabat, ut loqui putarent hominem; librum denique Musicum inventum, quasi notas legeret, pertudit, *Scalig. exerc. 237.* Cadente fulmine ore ignem ferre notavit *Barbarus*. favillas ignis cum exhalationes in fulmine accenduntur, loco frusti carnis atripere putant quidam. Ad centum & octo annos pertingere dicitur. Certe in urbe Gallia quadam per centum annos fuere, *Albert. 9. hist. c. 10.* Medicus quidam æcate Plinii celebris, duos corvos mense Martio è nido sublatos, combustos, & in levissimum polinem redactos, epilepticis propinabat, bis vel ter in die, drachmæ pondere, cum aqua decoctionis castorei.

## CAPUT XII.

DE CORNICE &  
CHRYSAETHO.

**I**N Britannia ingens Cornicum copia, tum quia maritudo quaque alluitur, tum quia in pabulo ejus soli humido vermes abundant. *Cardanus*. Albam *Ludovicus Rhodiginus* vidit, capite nigricante, haud procul à Rhodigii menibus. lib. 17. *Antiquit. lett. c. 11.* Numeribus præcipue gaudet, quas si perfungere nequit, in faxa ut perfingantur dimittit. *Alian. l. 3. c. 9.* Non temere miscentur, imo uno mortuo viduitatem illibatam

alter servat. Ciconiis trans mare voluntibus docem se præbet. Tam industria est, ut Merthes Ägyptiorum Rex unam habuerit, quæ literas quocunque juberet, deferebat. *Porphyri de abstinentia ab animali.* Occisa & donec puteat relicta, elicit mures, posita in loco ubi sunt, ut occidi possint. *Gesner. Chrysætho* lingua humanæ similis est, versus radicem duobus utrinque ceu hamatis appendicibus cornis armata. Longitudo ejus interdum à rostro ad ungues quatuor spathamarum & media, latitudo expansa alis octo. Vnum tantum ovum ponit, si duo, putre unum est.

### C A P U T XIII. D E C O L U M B A.

**C**olumba cum duo edunt ova, mas uno editur, altero fœmina, sed quia major in illo vixit, prior exire dicitur. *Paul. à Castro.* Exclusis pullis falsuginosam terram in os, præmansam, ingerunt, tum ut præparent ad recipiendum postmodum cibum, tum ut fecunditatem implantent, itum denique appetitum excitent. *Athen. 9. hist. c. 14.* Dociles esse multa probant. Ex auro Mahometis una capiebat cibum; Leydensis obsidionis tempore literas portabant nonnullæ. *Lipsius.* Idem in nupera Buscoducana factum. Ut in Columbariis retineantur, aliasque allicitant, varia adhibent varii. Quidam enim sanguinem humanum cum pisis integris, in vase figlino, per hora circumagunt quadrangem, tum illo columbas illinunt, hæc devoranda objiciunt. *Gesner.* Quidam cranium hominis senis in columbatio suspendunt. *Albertus.* Nonnulli lori particulam quo homo strangulatus, fenestræ appendunt. *Pallad. l. 3. c. 44.* *Plin. l. 11. c. 37.* hominum dentibus quoddam virus inesse, quod columbarum fetus implumes necat, scribit. Ex arcans Ägyptiorum accepimus, columbarum visitantes carnis, pestilentia non capi. Hinc solæ tempore pestilentia illorum Regum obscurum; *Cardanus* easdem cum iure

p. 252

penib[us]. Stercius illi  
ca[er]nades referend  
ad[ic]tione pharmaco  
utrum[us]cun[us] p[ro]f[er]m  
alib[et]. Anno 1550  
v[er]o polibus, dupli  
clavis, canibus mita

C A  
D E

C ignorat mag  
Scorpi provin  
olorum frequenter  
cujus semina ayrid  
cognoscitur. E  
qui injecta auncia  
licet in faciem q  
datur, homino  
monibus exand  
senium acercent  
que impeditum  
major in eo visu  
na Cygnorum  
vandus, dentes  
mam longa et  
adip., qui vice  
multis antefactis  
tanum, tortuosa  
alimenti tortuosa  
sufficiunt. Coli  
dodrantis spaci  
jecto recto inter  
stiorum defec  
tande est strobila  
mitata, ad uogu  
dia ut in cæceris  
fuga clavicularis